finem vitam.

Odie dilectissimi sacrum quadragesime tempus ingredimur tempus
milicie christiane. Non nobis singularis est hec observacio una
omnium est quicumque in eandem fidei convenimus unitatem. Quid ni commu-
ne sit christi ieiunium omnibus christianis? quid ni caput suum membra sequantur?
Si bona suscepimus ab hoc capite mala autem quare non sustineamus? An
respuere tristicia volumus et communicare iocundis? Si ita est indignos nos ca-
pitis huius participacione probamus. Omne enim quod patitur ille pro nobis est. Et
si in opere salutis nostre et collaborare piget in quo deinceps coadiutores nos
exhibebimus illi. Non est magnum si ieiunet cum christo qui sessurus est ad men-
sam patris cum christo. Non est magnum si compatitur membrum capiti cum quo et glo-
rificandum est. Felix membrum quod huic adheserit per omnia capiti et sequitur
illud quocumque ierit. Alioquin si forte abscindi separarique contingat prin-
cipium statim necesse est etiam spiritu vite. Quecumque enim capiti porcio non coheret
unde et iam sensus aut vita. Nec sine decore qui expositum occupet
ut ne dicam siquidem sit absque capite. Germinabit enim siquidem radix amari-
tudinis venenatum caput cum pullulabit. Illud inquam caput quod in eo con-
triverat an nunc fortis misericordia. Dico autem quia per eam regenera-
tus est in spem vite quem natura filium ire non carnalis ediderat. Vide-
bit ergo iam si fuerit qui revelatos habeat oculos cordis et spiritualiter in-
tueatur horrendum omnino monstrum corpus hominis caput autem demonis habens.
Non solum autem sed etiam erunt sine dubio novissima hominis illius peiora prioribus
hoc viperarum illud caput quod prius fuerat contritum non absque scripture in prioribus
veneretur. Quis non solo tremiscit audire? Tollens membrum christi faciam
membrum demoniorum? Abscisus a corpore salvatoris fiet hic misere membrum
[illegible]? Sit procul a nobis semper execranda illa commutacio fratres. Michi
omnino adherere tibi bonum est o caput gloriosum et benedictum in secula in
quo et angeli prospicere concupiscunt. Sequar te quocumque ieris. Si tran-
sieris per ignem non avellar a te nec timebo mala quoniam tu mecum es.
Tu dolores meos portas et pro me doles. Tu prius transis per angustum
passionis foramen ut latum prebeas sequentibus membris ingressum. Quis nos
separabit a caritate christi? Ipsa enim est per quam omne corpus connexum
et constructum crescit. Hec glutinum bonum eius meminit psalmista. Hec propter
quam bonum est et quam iocundum habitare fratres in unum. Hec unguentum quod de-
scendit a capite in barbam descendit etiam in ora vestimenti ut ne minima
quidem fimbria careat unctione. In capite siquidem plenitudo graciarum
de qua accepimus omnes. In capite universitas miseracionum. In capite thesau-
rus fons pietatis divine. In capite affluencia tocius spiritualis unguenti sicut
scriptum est. Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre participibus tuis. Ipsum
tamen quod tam copiose perunxerit caput Maria virgine non veretur calum-
niantur quidem discipuli sed respondet pro ea veritas quia bonum opus sit

operta. Denique et nobis hodie quid precipit in evangelio. Tu inquit cum ieiunaveris unge caput tuum. Mira dignatio. Spiritus domini super eum et nichilominus tamen evangelizans pauperibus ait. Unge caput tuum. Complacet sibi pater in filio et divina vox sonat in ethere audit spiritus in columba. Putatis fratres quia christi baptismo crisma defuerit? Manet domini spiritus super ipsum et unctum a deo quis dubitet? Hic est filius meus dilectus in quo bene complacui. Hec plane spiritualis unguenti flagrancia est. Unxit pater filium pre participibus suis in quo pre ceteris singulariter complacet sibi pater. Cum diligit filium affectu utique divino et in christo omni creature. Unxit in quam pre participibus suis accumulans super eum universa carismata benignitatis mansuetudinis suavitatis habundantius replens eum visceribus misericordie et miserationis. Unctum denique misit ad nos qui nobis exhiberet plenum gratie et pietatis. Sic a patre unctum est caput meum nichilominus postulat a nobis ungi. Tu cum ieiunaveris inquit unge caput tuum. Ita nempe quam petat a rivulo fons indeficiens. Petit sine dubio aut certe repetit magis. Ad fontem enim unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant. Non quod et nimium habens quod deerit repetit christus sed ne tibi pereat quicquid ad eum referre volueris. Siquidem eciam fluvius aqua si stare ceperit et ipsa computrescet et immundiciem facta supervenientes repellet. Sic plane sit gratia cessat decursus ubi recursus non fuerit nec modo nichil augetur ingrato sed quod acceperat convertit in perniciem. Fidelis autem in modico constitutus dignus munere ampliori. Unge ergo caput tuum refundens in eum qui super te est quicquid in te est devotionis quicquid delectationis quicquid affectionis. Unge caput tuum ut si quid in te est gratie referatur ad ipsum nec tuam queras gloriam sed ipsius. Unxit enim christum qui bonus odor est in omni loco. Memento sane adversus ypocritis hanc processisse sermonem. Nolite fieri sicut ypocrite tristes. Non enim modum nobis tristiciam interdicit sed que in facie est coram hominibus. Alioquin cur sapiens dicit ubi tristicia et paulus quoque discipulos contristasse non piget pro eo quod tristicia sit ad salutem. Non est talis tristicia ypocritarum non in corde sed in facie est. Exterminant enim facies suas. Nota proinde quod non dixerit nolite esse sicut ypocrite tristes sed nolite fieri hoc est fingi. Sic quippe vulgo dicitur tristem se facit aut magnificum se et qui te benefecit terrorem te induit et alia que simulationis sunt non veritatis. Tu autem cum ieiunaveris unge caput tuum et faciem tuam lava. Exterminat ille faciem tu autem lava re ablueris. Est autem facies que in fronte est conversatio. Hanc fidelis christianus lavat ne quod offendiculum prebeat intuentibus. Ypocrita magis exterminat dum singularia magis et insolita sectatur. Sed nec caput ungit cuius affectio elongatur a christo et vanis favoribus delectatur. Ungit potius semetipsum ut perspicue singularitatis opinionis respergat. Sed certe quod manifestum est non esse caput ypocrite christum nec sunt tamen pulcra/

quia caput ungere potest quis mentis non propriae testimonio conscientiae sed adulatoribus demulceri. Date nobis aiunt fatuae virgines de oleo vestro. Et hoc quia in vasis suis oleum non habent. Sed non est prudentium huiusmodi oleum dare. Quod enim sufficere videtur quis ipsi faciat alius. Audi vero prophetam cui incerta et occulta sapientiae suae revelavit Deus: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Timuit oleum istud propheta sicut Dominus ait: Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Exterminant enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Vides quam brevi sermone propheta singularitatis notat et arguit vanitatem. Vide etiam quam paucis coram Deo studet bona et coram hominibus providere. Unge caput tuum et faciem tuam lava, hoc est: Sic te irreprehensibilem foris exhibe ut divinam tibi conciliare studeas gratiam et ante oculos hominum non propriam quaeras gloriam sed auctoris. || Potest tamen et alio modo dici facies ipsa pura et unctum caput, intellige mentis devotionem. Et sic probas adversus duplex vitium quod maxime solet appetere eos qui ieiunant. Haec duo verba abluentis et ungentis dicta videntur. Alius enim ieiunat studio vanitatis et huic dicitur faciem tuam lava. Alius ieiunat cum impatientia et murmure et huic opus est ut caput ungat. Est autem caput istud mentis interior quae tunc ungitur in ieiunio cum spiritualiter delectatur in Deo. Inde tibi nomen inditum et ungimini caput unge ieiunans. Ego plus dico etiam impinguatur. Numquam ne legisti quod scriptum est: Videbat eos in fame. Est ergo ieiunium corporis carnis unctio et animae medulla refectio cordis quod [illegible] dicitur unctionem quae et medetur vulneribus et conspersum conscientiae lenit. Constat igitur propheta ieiunium sicut oleum peccatoris. Ego mea interim non vendo ieiunia et ipsum mihi oleum est quo ungere cogor caput meum ne quod forte murmuris aut impatientiae subrepit. Non solum autem sed et gloriare in tribulationibus sicut dicit apostolus. Elevare [illegible] sed ab omni studio vanitatis ut sit etiam facies munda ab oleo peccatoris. || In capite ieiunii quomodo convertere debeamus ad Deum.

Convertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et fletu et planctu et scindite corda vestra et non vestimenta vestra ait Dominus omnipotens. Quid est fratres dilectissimi quod praecipit Dominus ut convertamur ad eum. Ubique enim est etiam omnia replet et nihilominus complectitur universa. Quo me vertam ut convertar ad te Domine Deus meus? Si ascendero in caelum tu illic es, si descendero in infernum ades. Quid tu iubes quo quo convertar ad te? Supra an infra, ad dexteram an ad sinistram? Constat istud est fratres [illegible] sed certum est quod solus credat amicus. Mysterium regni Dei est apostolis [illegible] nobis nihil dicit absque parabolis quasi [illegible] et efficiamur sicut parvulus iste non intrabitis in regnum caelorum. Agnosco plane quod velit ut convertamur.

Ad paululum converti necesse est ut discamus ab ipso quia mitis est et humilis cor-
de. Ad hoc siquidem parvulus datus est nobis. Sane idem et magnus est sed in ci-
vitate domini cum et dicitur. Exulta et lauda habitatio Syon quia magnus in me-
dio tui sanctus Israel. Quid inflaris o homo, quid extolleris sine causa? quod
altum sapis et oculi tui omne sublime vident, quod tibi non cedit in bonum. Sub-
limis quidem dominus sed non ita proponitur tibi laudabilis magnitudo illius
ut etiam imitabilis. Elevata est magnificentia eius et non poteris ad eam nec
si te extenderis apprehendere. Accedet inquit homo ad cor altum et exalta-
bitur deus. Excelsus siquidem dominus sed humilia respicit et alta a longe
cognoscit. Humilitate et apprehendisti. Hec plane lex pietatis et propter
hanc legem sustinui te domine. Si forte sublimitatis esset via proposita
et illud iter quo ostenderetur salutare dei quantum fuisset hominibus ut exalta-
rentur qui audierunt mirum strepitum ... gauderent qui impudentes expe-
rirent manibusque et pedibus conarentur in altum ut imponerent sese homines super-
capita aliena. Et certe qui conantur supergredi proximos multas
inveniet difficultates, multos habet emulos, multos patitur contradictores,
ascendentes equidem ex adverso. Nichil tam facilius est volenti quam hu-
militare semetipsum. Hoc verbum est delicatissimum quod omnino nos reddit inex-
cusabiles ut ne tenue quidem nobis velamen perinde liceat. Sed
iam ad hunc parvulum, ad mansuetudinis et humilitatis magistrum, ad quem nos
converti necesse est, videamus. Convertimini inquit ad me in toto corde ves-
tro. Fratres, si dixisset convertimini nichil addens, esset nobis forsitan libere respondere:
factum est, iam aliud propone mandatum. Nunc autem spiritualis ut audio con-
versionis nos admonet que non uno die perficitur. Utinam vel in tota vita qua
hic degimus in hoc corpore valeat consummari. Corporis enim conversio si sola
fuerit erit nulla. Forma siquidem conversionis est non veritatis vana vir-
tute carens species pietatis. Miser homo qui totus pergens in ea que fo-
ris sunt et ignarus interiorum suorum putans se aliquid esse cum nichil sit
ipse se seducit. Sicut aqua effusus sum ait psalmista in persona huiusmo-
di et dispersa sunt omnia ossa mea. Et alius quidem propheta: Comederunt in-
quit alieni robur eius et ignoravit. Exteriorem quippe superficiem intuens
salva sibi omnia suspicatur non sentiens vermem occultum qui interiora corrodit.
Manet tonsura, vestis nec dum mutatur, ieiuniorum regula custoditur,
statutis psallitur horis, sed cor longe est a me dicit dominus. Attende sollicite
quid diligas, quid metuas, unde gaudeas aut contristeris, et sub habitu
religionis animum secularem sub pannis conversionis invenies cor perversum. Totum
quidem cor in his quatuor affectionibus est et de eis accipiendum puto quod dic-
tum sit ut in toto corde tuo convertaris ad dominum. Convertatur proinde amor
tuus ut nichil omnino diligas nisi ipsum aut etiam propter ipsum. Convertatur etiam
timor tuus ad ipsum quia perversus est timor omnis quo metuis aliquid pre-
ter eum aut non propter eum. Sic et gaudium tuum et tristitia eque conver-

tantur ad ipsum. Hoc autem tunc fiet si non nisi secundum deum doleas aut leteris. Quod
enim peccavisti magis quam letari cum malefeceris et exultes in rebus pessimis exul-
tare. Sed et ea que secundum mundum est tristicia mortem operatur. Si pro tuis
sive proximi peccatis doles, bene facis et hec tristicia est ad salutem. Si gaude-
as ad munera gratie hoc gaudium sanctum est et securum gaudium in spiritu sancto. De-
bes et in dilectione christi fraternis congaudere prosperitatibus adversitatibusque con-
dolere sicut scriptum est. Gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus. Verum-
tamen ipsa quidem non parvipendenda corporalis conversio que spiritualis huius adm-
iniculum noscitur esse non parvum. Inde est quod cum hoc dixisset in toto
corde addidit protinus in ieiunio quod utique corporis est. Volo enim admonitos
esse fratres meos observandum illud non ab escis tantum sed ab omnibus illecebris car-
nis et universa corporis voluptate. Porro vobis ieiunandum est longe amplius
a viciis quam a cibis. Sed est panis a quo vos ieiunare volo ne forte defi-
ciatis in via et si nescitis panem dico lacrimarum. Scriptum enim in ieiunio et
fletu et planctu. Exigit enim planctum a nobis conversatio preterita pe-
nitentia exigit fletum desiderium future beatitudinis. Fuerunt mihi lacri-
me mee panes ait propheta dum dicitur mihi cotidie ubi est deus tuus. Panem
enim placet huius vite novitas qui necdum vera plangit necdum plangit
admissa peccata necdum plangit tempus amissum. Si non plangis plane
non sentis aut vulnera conscientie lesionem sed nec futura satis gaudia conci-
piens si non cotidie postulas ea cum lacrimis. Animus tibi notum sit si non
renuit consolari anima tua donec veniant. Addit deinde propheta. Et
scindite corda vestra et non vestimenta vestra. quibus verbis manifeste pri-
or ille populus iudeorum et duricie cordis et vane supersticionis arguitur.
Crebra siquidem apud eos scissio vestium sed non cordium esse solebat. Quomodo
enim scinderentur corda lapidea que non poterant nec circumcidi. Scindite
inquit corda vestra et non vestimenta vestra. Quis in nobis est cuius voluntas circa
unum aliquod solet obstinatior inveniri. Scindat cor gladio spiritus quod est
verbum dei. scindat istud. et in multis festinat dimittens minucias dis-
pertire. Alioquin non est conversus ad dominum in toto corde nisi scisso corde. Donec
enim unam illam accipias in iherusalem cuius est participatio eius in idipsum. multa
tibi iterum preparantur et si in uno offenderis factus es omnium reus. Spiritus do-
mini multiplex ait sapiens nec potes sequi multiplicem sine multa
plane scissione. Vide denique hominem quem secundum cor suum invenerat deus.
Paratum inquit cor meum deus paratum cor meum. Paratum ad adversa paratum ad pro-
spera paratum ad humilia paratum ad sublimia paratum ad universa que mandaveris
precipis. Vis pastorem ovium fieri vis regem constitui populorum pa-
ratum cor meum deus paratum cor meum. Quasi et david fidelis ingrediens et
egrediens et pergens ad imperium regis. Et dicebat de preceptis coagu-
latum est sicut lac cor eorum ego vero legem tuam meditatus sum. Inde est
cordis durum inde animi obstinatio quod meditatur quis non legem domini

sed propriam voluntatem. Studeamus ergo carissimi mei dilectissimi quatenus
integra prorsus vestimenta servemus. vestes enim nostre virtutes sunt. bona
vestis caritas, bonum vestis obedientia est. beatus qui custodit vestimenta hec ut
non ambulet nudus. Denique beati quorum tecta sunt peccata et caritas operit multi-
tudinem peccatorum. Studeamus ergo sicut predictum est ut hec vestimenta inte-
gra conservemus quemadmodum conservata est tunica salvatoris. Nec modo
servat integram vestem scissio cordis sed et ornat eam similiter et polimi-
tam quale a sancto patriarcha iacob accepit filius qui pre ceteris amabatur. Hec
nempe virtutum preeminentia. hec conversationis pulchre discolor varietas. hec
illa est gloria filie regis in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Po-
test tamen et aliter hec scissio cordis intelligi ut si quod peccatum fuerit scinda-
tur ad confessionem si durum ad compassionem. quid enim scindatur ulcus ut sani-
es effluat. quid enim scindatur cor ut visceribus affluat pietatis. Utilis
prorsus utrumque scissio ut nec clausum lateat peccati virus in corde nec indi-
genti proximo claudamus viscera nostra ut et ipsi misericordiam consequamur a domino nostro
ihesu christo qui est super omnia benedictus in secula amen. || De [illegible] ser-
mo de versu fiat voluntas tua.

Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. voluntas dei fiet que per
angelos etiam fiat in eis sicut quodammodo in eis facta habetur. Erat
enim verbum quod erat in principio mentis susceptum deo et vere deo factum
tamen caro sic voluntas illa eterna in angelo facta est cum angelum omnino ipsa
absorbuit voluntate. quid enim dicatur facta in angelo cum angelum fecerit?
hec enim illius summa felicitas est hec voluptatis celestis torrens quod di-
vina voluntas ipsa facta est etiam angelorum ut quemadmodum placet deo
universitas administrationis huius sic et ipsi in omnibus delectetur. hec
igitur oramus ut sicut in celestibus facta est ita eius fiat etiam in terris ut
sicut angelus sic et homo adherens unus cum eo spiritus sit. Sed heu me
quot obstacula separant quot prohibent impedimenta. obstat sese malicia
media obstat infirmitas obstat corruptio et ignorantia nostra. Inest enim no-
bis a natura magis autem ab exterminatore nature affectio quedam pes-
sima et libido nocendi ut inextinguibilis inveniatur in miseris cordibus nostris
malicie delectatio. quid vero longius a voluntate divina. plane chaos mag-
num inter nos et illam firmatum est in hac parte cum semper eum delectet prestita-
re beneficia et ingratis. Nobis autem suggerat affectio crudelissima etiam
in nos velle nocere. hinc omnis radix amaritudinis germinat hinc invidie hinc
detractiones hinc dissensiones pullulant hinc silvescunt inimicitie. Ad
hec quidem germina virulenta plantanda semper necesse est falce iustitie qua
videlicet extirpemus a nobis ne cui faciamus quod nolumus nobis fieri sed que
volumus ut faciant nobis homines et nos eis eadem faciamus. Cuidam
tamen extirpari a cordibus nostris omnino non potest malicia donec in mundo fu-
erimus qui positus est in maligno. Conteritur quippe serpentis caput sed